

Acta Apostolicae Sedis – Commentarium Officiale
ACTA COMMISSIONUM

**PONTIFICIA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS**

Responsa ad proposita dubia

Patiens Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra :

(De appellationibus in causis matrimonialibus)

D. – 1) Utrum ad normam n. VIII § 3 Litterarum Apostolicarum *Causas Matrimoniales* diei 28 martii 1971 Tribunal secundae instantiae per decretum decisionem primi gradus nullitatem matrimonii declarantem ratam habere possit, si tum vinculi defensor, tum pars, quae pro matrimonii validitate stat, appellationem interponunt.

R. – *Affirmative.*

2) Utrum Tribunal tertii gradus causam per decretum definire possit, si instantia primi gradus matrimonii nullitatem declaraverit, alterius vero gradus instantia contra matrimonii nullitatem, ex eodem capite, sententiam dederit.

R. – *Negative.*

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 31 octobris 1973 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*